Nobilissime ac Amplissime Vir —

Non properavi, ut ex officio debui, sed distuli
respondere, ut muneris ad me missi pretium
perspicacius caperem: ad hoc enim lectione opus
fuit et relectione. Legi itaque et relegi, quin-
imo lego relegoque, et ne quidem inter epulas
abstineo, sed adstat famulus, qui unius ad minus
Hesperinis lectione, ciborum nauseam ingenioso con=
dimento tollet; atque eo fructu, ut non tantum non
expleri experiar desiderium, sed novos augeri ardores
et restaurato esu lectionib. Nam uti deliciae quaedam
dum percipiuntur, orexim invitant, non satiant; sic
Tua Epigrammata, affectum invitant, oculosque ferunt
Oculorum solatia. Lubetne, quod sentio, undi mul=
toque digito ostendam? Si Homero Musae, deserto
tantisper Helicone, suam feruntur Vatrachomio=
machiam dictasse: Tua sane poemata tantam
ipsa ferunt Ingenii maiestatem, ut Tuum pariter
Musarum candida illa Familia ingressa, ingeniose
qua concipere, subtiliter supra vulgus, qua scribe-
re, iucunde qua canere, manum calamumque
direxerit, nemo aequus inficiari posset. Addo si
quae Pythonem habens mulier, hic nobis Martialem
sisteret; hoc primum stuperet, tam multa tamque
elaborata Te — — —

— scribere posse inter tot curas totque labores —
Deinde tenebricante Tua oculo per volvens aut
sua ignoraret, aut Tua quasi sua affirmaret.
Quod me attinet, haec eo apud me in pretio sunt,
quo olim Cosmi Alabastrum; hoc condendis foven=
disque contra aeris iniuriam optimis odoribus utban=
tur; Tuis ego ut mentem hebetiorem optimis inde
conceptionibus, quasi aliunde e litteris collectis gemmis
decorum. Imo ut Romae pro captando per fenes=
tras lumine, Alabastri usus, apud Magnates fre=
quens est; ita fugandis mentis tenebris e oculo
rum illo Tuo per, veri lepido ^ radios colligam
condamque, perinde ac qui aera faciunt, contusa
et cribro succreta aromata, stomachi causa.
Quid agas igitur Vir Illustris? animi mei

^ solatio

sensim sic candidè pando, et unà amoris forti=
tudinemque calore plus habendi, pluraque legendi per
suffocatur. Unde non hanc tollet, nisi foveas.
Hinc quod alius impudentiæ, Tu morbo adscribes,
faciesque medicamento novo, quod tunc dabis, poe=
matis. Sic accenderat, pulsus sui quemquam
confirmus

Nobilissime Vir

Tuæ Generositati

humillimus servus

In Loon 4a Aprilis
ao 1648.

Bv à Keller.

Illustri Viro
D^no. Constantino Hughenio
Equiti, Zulechemij Toparchę
S. G. a secretis et Consilijs &c.
In
Hagha Comitis

© Private collection

https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0317